

illum, & imitari dolorem, quem testati sunt, quamvis omni vacarent culpa: verum cum semper non sine culpa jacturam ejus faciamus, vel potius illum cogamus a nobis recedere per nequitiam, nocentemque negligentiam, in hoc Sermone ad examen vocemus

1. Magnitudinem jacturæ quam facimus amittentes gratiam, simulque Jesum Christum; hunc enim non nisi per illam possidemus; neque satis possumus judicare quanti momenti sit hæc jactura propter calamitatem, ad quam nos redegit peccatum mortale, quod illam genuit.

2. Quomodo perquirendus sit Jesus Christus recedens a nobis secundum exemplum Mariæ, & Joseph qui offenderunt dolore suo, ac cura quid faciendum sit nobis ad gratiam reparandam.

Hoc argumentum non nisi per segmenta invenies Tomo III. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulo: PECCATUM MORTALE, & in Tomo II. ejusdem Titulo: GRATIA SANCTIFICANS.

Defendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Luc. 2.

III. ARGUM. De Officio Filiorum erga Parentes.

Officia, quæ filii reddere tenentur iis, a quibus vitam receperunt, adeo justa, & certa sunt, ut nullis indigent argumentis, quibus probentur. Vox una naturæ sufficit, ut ad illa observanda nos atar, non secus ac ad eadem infringenda satis est jugulasse sensus omnes humanitatis. Itaque, ex sententia veteris cujusdam auctoris, in questionem vocare, utrum Parentes observandi, colendique sint, aures ipsæ perhorrescunt; hoc enim est idem ac in dubium accedere prima ipsa naturæ, ac disciplina moralis principia. Tausca mirum! Nunc temporis cum luminibus naturæ, atque rationis accesserit Fidei lux, & naturalis lex innotuit etiam explicito Dei præcepto: tenor hoc monuit præterite, & coactus sæculi corruptela cogor persuadere illis, qui auctores sunt, atque ætate provectiores, cogor inquam illis persuadere officium, quod non sine summo Christianissimi scandalo infringunt. Quandoquidem videntur tot Patres contempti, injuriis affecti, a filiis suis derelicti; eo usque pervasit licentia, & ingrati animi vitium, ut in his monitis acerrimos naturæ sensus separaverint.

ad Epist. 3.

Quamobrem non abnao ante ipsorum oculos ponere exemplum Filii Dei in hujus diei Evangelio, eisque in mentem revocare illas rationes, quæ aptissima sunt ad illos sciendos, ut Parentibus suis debita præstent officia. Ad id animadverto Parentum nomini inesse tres potissimum Prærogativas, quæ ab eo divelli non possunt. Primum nomen hoc honoris est, quo nullum augustinus & venerabilius est in natura, quandoquidem est ipsius Divinitatis character, Deus, ex quo omnis paternitas. Secundo titulus est potestatis, atque auctoritatis; nemo enim majorem, magisque legitimum habet auctoritatem in aliquem, quam qui illius auctor est, eique vitam contulit. Tertio nomen est amoris, & benevolentia; naturaliter enim quilibet amat opus suum, eo usque, ut afferat in exemplum, & prototypum magnæ caritatis amor Parentum erga nos, quos genuerunt. Tres autem illi tituli totidem sunt causæ officiorum in filiis erga Parentes eorum.

Primum debent illis cultum, ac reverentiam, quæ etiam pietas appellatur: Nam Deo excepto nihil est in natura, cui potiori jure debeatur.

Secundo illis obedientiam debent, quippe qui naturaliter sunt eorum potestati, atque auctoritati subiecti.

Tertio denique debent illis amorem filialem, qui ex grati animi titulo exigit, ut ipsam indigentibus operentur. Itaque reverentia, obedientia, & amor officia sunt, quæ filii negare non possunt iis, a quibus vitam receperunt. Hæc erit Sermonis partitio.

Consule To. II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulo: FILII.

Nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Luc. 2.

IV. ARGUM. De Fervore in cultu Dei.

Fervor zeli Dei Filium coegit, ut a consanguineorum suorum societate secederet, ad Patris sui gloriam, & Animarum salutem procurandam. Zelus hic, & Caritas, quæ urgebatur, fecerunt, ut per sanctam impatiantiam præverteret tempus consiliatum a Patre, ut homines erudiret de veritatibus salutis eorum: ita enim respondit suavissimis redargutionibus Matris suæ, Fili quid fecistis nobis sic? Nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Quid? Numquid ignorabatis me illic esse debere, quo meum me vocat officium; & gloriam Patris mei mihi esse debere antiquiorum ipsa etiam societatis vestra suavitare? Quis non videt; Fideles, zelum, & fervorem Caritatis suæ ab illo hæc verba extorque? cumque ille in terram descendere, ut prolixè traderet doctrinam, & hoc pacto mortalium omnium salutem procuraret, duodecimum annum natum in Templo, atque inter Docto-

Luc. 2.

res, incipere jacere fundamenta magis illius operis, quod aliquando per se ipsum, & per Apostolos suos est perfecturus?

Nequaquam illud mihi ardeat, ut penetrare velim mentem, qua Salvator primum hunc exeruit conatum, ut ex primo hoc zeli sui specimen liqueret, quis tandem aliquando faturus sit: Sed istidem verbis utor, ut zelum excitem vestrum, novumque vobis injiciam fervorem aliquod aditendi ad majorem Dei gloriam unicumque in statu vestro, & munere; in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Opus est, ut cum zelo, & fervore iis, quæ mei numeris sunt, operam navem. Per vos igitur mihi licet hodierna die zelum meum cum zelo Salvatoris Mundi conciliare, & aditum in cordibus vestris excitare fervorem hunc vobis ostendens.

Primum sine hoc fervore, hoc est, sine hæc alacri, ardentique erga Dei cultum voluntate, neminem posse, uti opus est, veri Christi fidelis munere fungi.

Secundo, permanendo in statu hoc languoris, atque teporis erga Deum, & in iis, quæ ad salutem nostram pertinent, nos in periculo versari in gravissima crimina prorurandi.

Argumentum hoc pertractatum invenies in Tomo II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulo: FERVOR.

Assumi etiam ex hoc Evangelio pro themate possunt verba illa, Jesus Crescebat, &c. ad ostendendum, crescendo esse in Sanctitate: sed de hoc Argumento jam verba fecimus in Dominica infra Octavam Nativitatis.



PRO EVANGELIO DOMINICÆ SECUNDÆ POST EPIPHANIAM.

Vocatus est Jesus ad Nuptias. Joannis 2.

NOPTATU dignum est, Salvatorem cum primum ingressus est in mundi commercium, nuptiali interfuisse convivio, & primum Miraculum, quod palam operatus est, factum ab eo fuisse, ut opitalaretur egelatis novorum Conjugum; atque presentia sua probasse Matrimonium, quod deinceps erat sanctificaturus, & ad Sacramenti Dignitatem sublaturus. Primum conjugium instituit Deus in Paradiso terrestris, in mundi exordio, cumque hoc medium elegerit ad homines multiplicandos, potius quam omnes simul crearet, quod in Angelis fecerat; voluit etiam propriis manibus inter vicum, & mulierem hoc sædus constituere, ut ceteris esset exemplo. Sædus, quod proculdubio felicissimum fuisset, si pars utraque ita se Deo fideles præstitissent, ut sibi invicem mutua caritate adhaerebant. Deinde Salvator instauravit honorem hujus sædus, cui peccatum offenderat caliginem, & sanctificavit humanæ vite fontem in Christiano Conjugio, ut jaceret fundamenta æternæ conjugum felicitatis. Itaque Matrimonium habet pro sine frequentare Cælum, homines in terra gignendo, & pro exemplo habet personam admirabilem Sanctæ Humanitatis suæ cum unione Verbi, & sædus, quod deinceps Salvator cum Ecclesia contraxit. Sed ad promittendas Cæli benedictiones in eos, qui statum hunc amplectuntur, & ad sustinendas curas, & onera, quæ separari non possunt ab illis, qui illum fuerint ingressi, opus est, ut nuptiis Dei Filii vocatus interfuit. Quapropter quidquid hic in argumento vobis dicturus sum duplici propositione complectar; quæ totius sermonis partitionem constituent.

Prima quarum est, nullam esse statum, in quo Deus sit magis consulendus; antequam aliquis se huic implicet; cum hoc negotium sit maximi momenti, quippe in hoc agitur salus, & vite nostre quies. Vocatus est Jesus ad nuptias.

Alteræ; Nullam esse statum, in quo major Deo fidelitas requiratur propter mutua officia, impedimenta, curas, & difficultates, quæ conjuges a Dei cultu avertere consueverunt. Duobus verbis. Opus est, a Deo ad hunc statum vocatos esse specialiter vocatione; opus est vocare Deum, ejusque opem implorare, ut rite persurgatur officii huic statui inhærentibus.

Rerum copia recurrit consulenti in Tomo II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulum: MATRIMONIUM.

Vocatus est Jesus ad Nuptias. Joann. 2.

Quod Evangelium peculiariter inquit de Statu Matrimonii, pro quo Deus consulendus est, & voluntati ejus obsequendum, generatim dicere possumus de omnibus vite generibus, de statibus, & conditionibus omnibus, quas eligere nobis integram est, antequam illas ingrediamur. Et sane ex rariis rationibus, quibus homines divinis de se consiliis adherantur ea, quæ perniciosiores habet effectus, est hæc sere generalis oppositio, quæ homines res-

ARGUM. In quibusdam vitiis hæc impletio de vocatum Deum sequi oportet.

I. ARGUM. De Matrimonii institutione.

Hoc fecit initium Signorum Jesus, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus. Joann. 2.

III. ARGUM. De Fidei necessitate.

Joann. 2.

Hebr. 11.

Hidem.

II. ARGUM. In quibusdam vitiis hæc impletio de vocatum Deum sequi oportet.

PRO TERTIA POST EPIPHANIAM DOMINICA.

Ecce leprosus veniens adorabat dicens: Domine si vis, pases me mundare &c. Matth. 8.

IMPRAVIDEM moralis Philosophia animadvertit, quamvis anima, & corpus dua sint partes adeo diffimiles in substantiis suis, talem nihilominus esse inter utramque nexum, ut de una judicium feratur ex altera, perinde ac si per mutuum impressionem invicem sibi bonas, vel pravas qualitates communicarent. Hinc sæpe de animæ morbis loquimur, quæ vitia sunt, eodem fere modo quo de morbis corporis: Amor inordinatus febris dicitur ardens; avaritia vocatur Hydrophis, quæ corpus inflat, & vitiat; inertia lethargia dicitur, quæ soporem inducit, ac sensus hebetat, & sic de aliis vitiosis habitibus. Verum commune vocabulum, quod vitiis omnibus convenit, videlicet omnibus animæ infirmitatibus, esse dicitur lepra, quæ olim malum erat insanabile, ac turpe, ita ut horrorem ceteris in iis, qui illud intuebantur.

Verum est, Christiani Auditores, nostris hinc temporibus Corporis lepram vix inveniri, & morbum hunc qui olim late grassabatur paucis adhuc sæculis obsolevisse. Sed audeo dicere animæ lepram in illis locum subivisse, namque ex Sancti Christophori Sententia, est vitium omne genus peccatorum, quæ parantur ex habitu, vel potius est omnis habitus vitiosus, inveteratus, qui sit malum immedicabile: ita ut ad illud curandum oporteat, ut Salvator, summus ille animarum Medicus, sua utatur potestate, ac Evangelii hodierni instaurat miraculum: Voles, mundare. Ut autem intelligaris deplorabilem statum, ad quem habitus in aliquo peccato redigit tandem peccatorem, satis est, ut solida rationibus probem.

Primo habitum, qui contrahitur in gravi aliquo crimine, & qui radices agit, ac per plures iteratos actus convalescit maximum esse nostræ conversionis obicem; quippe qui catena est ex pluribus annulis constata, quæ non nisi cum summo nisu potest infringi, ideoque maxima cum difficultate. Per hanc nos retinet Sathanus in servitute peccati; & ut omnia unico verbo complectar, liquet, quanti laboris sit iis rebus, quibus diuturno habitu ad hæmum, nuntium mittere; ideoque pravis hic habitibus certissimum signum est, & moraliter infallibile reprobationis: cum enim adducamur in speciem impotentia recedendi a præterita vite ratione, trahimur in finalem impotentiam, quæ omnem aures spem refrigerat.

Secundo habitum peccati adversari divinæ Misericordie, & gratiarum fontem exhaurire; unde fit ut peccatores ne sentiant quidem calamitatem suam, & sincere nequeant converti.

Tertio; hunc tandem habitum efficere, ut peccatores rejiciant validissima quæque remedia, qualia sunt timor judiciorum Dei, monita saluberrima, & quidquid majorem vim habet in aliis peccatoribus, quod tandem cogit Deum, ut illos ipsorum tradat consilio.

Vide To. II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulum: HABITUS.

Audiens Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: non inveni tantam fidem in Israel. Matth. 8.

Si fides Centurionis, de qua in hoc eodem Evangelio sermo est, merita sunt elogia, & laudem Filii Dei, non ideo tamen existimandum est, illam ex hoc uno loco suffe commendabilem. Fides ejus intuebatur bonis operibus, singulari in Deum quidem pietate, in proximum vero caritate, ac profunda fulciebatur humilitate, uti liquet ex Evangelio: propterea ab omnibus habebatur vir insigni virtute, ac probitate præditus. Illud vero inde nos quoque admirari debemus, atque pudore suffundi, videntes hominem natum in tenebris Gentium, alium, & educatum in armorum licentia, ideoque mundo additum, qui familiam habebat, & servos, quorum curam gerere tenebatur, cui non deerant negotia procuranda, domusque regenda; cui aliis ratio erat reddenda, quibus subditus erat; & aliis, quibus præerat, imperandum; videntes, inquam, Centurionem, qui videbatur sequi debuisset mundi consuetudines, & placita, pietatem colere, & caritatem exercere eo usque, ut curam gereret novissimi etiam famulorum suorum, nemini injuriam faceret, vitamque frugi viveret omnibus dignitatis suæ persundis officiis.

Hoc, Fideles, pudore debet suffundere eos, qui hodierna die contendunt, se non posse Christianam vitam ducere cum iis curis, quæ separari nequeant ab eo vivendi genere quod proficiuntur, vel qui putant se minime teneri ad salutem suam procurandam. O miram illusionem, Fideles, quæ non minus periculosa est, quam frequens in mundo. Illusionem, quam hodierna die conator evertere ostendens

I. ARGUM. De Peccato habituali. Videtur potest aliæ ejusdem argumenti Synonymi pro Evangelio esse hæc post primam Quædragesimæ Dominicam.

Haberi etiam sermo potest de Confessione in Evangelio, sicut in Evangelio. Verba: Voles mundare te. Sed restat in quinquagesima Quadragesimæ Dominicam.

Matth. 8.

II. ARGUM. Post nos salvari, & servari Deo in omni vita, & vice conditione.

Pri-



mento? Quot impatientia, iracundia leves, similitates, secreta zelotypia, quae ceptum parit obsecrationes? Quot verba indiscreta, vel inutilia? Quot peccata, quae extrinsecus quidem non prodeunt nisi per aliquot iudicia, ex quibus tamen colligitur zizaniam cum bonis frugibus simul fuisse? Quot vanitates, quot ingenii sibi blandientis oblectamenta, quot inaniter vana sciendi curiositates? Quot in nostra opera bona animadversiones, humani respectus, commodorum perquisitiones, temporis iactura! Quis numerando assequi possit omnes species huiusmodi peccatorum, quorum actus in infinitum procedunt, si eorum fontem exhaurire contendimus, qui habitus est singularum criminum, & qui oritur ex habitu generali libere, & sine metu committendi quicquid lethale peccatum non est; quapropter tota vita nostra non aliud est, nisi iugis textura peccatorum multiplicium.

Pars altera ostendit quanti laboris sit pravum hunc habitum radicibus convellere, quemadmodum est difficile auferre zizaniam, quae cum bonis frugibus crevit. Primum quia habitus hic convalescit, prout actus multiplicatur, ac transit in speciem necessitatis. Secundo quantum arduum est virtutis habitum contrahere, tantum operosum est pravum habitum excindere. Tertio. Procul abest, quod aequae horreamus mala haec, quae nauci facimus, ac alia, quae graviora sunt, ideoque illa evitare nequaquam conamur; & nonnulli sub exitum vitae intellegimus quantum subierimus detrimentum.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Moral. Evangel. Titulum: HABITUS, & in ill. Titulum: PECCATUM VENIALE.

PRO VI. DOMINICA POST EPIPHANIAM.

Simile est regnum Calorum grano Sinapis, quod minimum est omnibus seminibus; cum autem creverit, majus est omnibus ceteris, & fit arbor. Matth. 13.

I. ARGUM. De Ecclesia, & Christiana Religione.

PORTENTUM est in natura videre granum Sinapis minimum omnium, & in exordio suo adeo contemptibile, paulatim crescere, & vix perceptibilibus incrementis augeri, ac sensim, & sine sensu caulem usque ad arboris altitudinem proferre, ita ut satis habeat firmitatis, ut ventorum sustineat vim, satis extensionis in ramis, ut aves illuc valeant confugere, & satis umbræ frondium coma proferat, ut praetereuntes suavi umbraculo possit protegere. Sed longe admirabilis est in gratia prodigium, videre incrementum Regni Dei, quod est Ecclesia, quae doctorum omnium sententia nobis sub hoc exhibetur simbolo, & parabola seminis minimi in arborum magnam crescentis. Profecto, Christiani, alione opus esset miraculo, alia ratione ad probandam Christianae Religionis veritatem, quam videre, quod ex modico iudicio profecta ad eam processerit magnitudinem, ut caput in Caelum usque attollat, ubi pars altera triumphat; dum altera jacit radices suas adeo profundas, ut procellae omnes, quae in illam insurrexerunt, eam quaterere non poterint, & ad hanc diem per universum terrarum orbem se extendat, sub cuius umbra, cum agitur de Religione, homines omnes tuto conquelescere possunt. Videlicet, ut me accommodem Evangelii nostri argumento, atque conceptui, quem nobis adstruit, in medium proferam privilegia, & bona Ecclesiae, quam insitit Filius Dei, super alias Religionis, & societates, quae ab illa sejunctae sunt, ostendens.

Primo, ejus firmitatem contra omnes infectorum potestates.

Secundo latitudinem, quae totam terrarum orbem complectitur.

Tertio altitudinem, & sublimitatem veritatum, quas docet.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Moral. Evangel. Titulum: ECCLESIA, ET FIDES DIVINA.

Simile est regnum Calorum grano Sinapis, quod minimum est omnibus seminibus. Matth. 13.

II. ARGUM. In Dei sermone nihil est adeo modicum, ut sit neglegendum.

MAGNUM profecto videtur, Oraculum Veritatis ipsius in Evangelio, quod altatum est comparare id quod in mundo maximum, atque pretiosissimum est cum re minima, atque abjectissima, qualis est granum Sinapis; Regnum vero Calorum quod est Ecclesia, ut Patres inquit, nobis exhiberi sub simbolo ejus seminis, quod minimum est ceterorum! Sed Saluator aperit nobis unam ex his veritatibus, quae in universa Christiana disciplina non extremo in loco habenda est; scilicet maxima quaeque plerumque a minimis rebus pendere; & ubi de virtutibus, aut vitiis agitur, nihil esse modicum coram Deo: qui hinc quidem aeternum gloriae pondus tribuit levissimis etiam officiis, quae illi praestiterimus; inde vero severe animadvertet in nos pro levissimis noxiis. Non fert animus asserere hoc in loco nullas esse leves praeviationes contra Dei Legem;

haec enim error fuit veterum quorundam Philosophorum, qui peccata omnia esse censuerunt aequalia; sed ubi, minimas etiam noxas terribiles exitus habere, & sensim, & sine sensu ad extrema quaevis perducere.

Primo, hoc in prima parte ostendamus; Deinde per oppositam rationem probabo in parte altera, minimos etiam actus, ubi de Sanctitate sermo est, saepe materiam esse maximarum virtutum, & veluti per gradus quosdam ad apicem perfectionis adducere. Hinc sequitur in Dei servitute nihil esse negligendum; nihil tam parvum esse, quod in alteram partem maximos habere non possit effectus; ita ut minime cognoscatur, quid mereatur Deus, qui opera nostra dignatur uti, ille qui hoc statuit discrimen inter magnum, & parvum, cum agitur de cultu ejus, vel de nostra salute; quia infirmiora quamvis sint rebus cordia, sensim progrediuntur, ac in eos effectus demittunt, qui minime existimabantur.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Moral. Evangel. Titulum: FIDELITAS.

Simile est regnum Calorum fermento, &c.

Variant Patrum sententiae de hoc regno Calorum, de quo loquitur Evangelium, & cum comparatur fermento, cuius modica quantitas insulae, & magna farinae massa fermentat, eique suam virtutem communicat. Alii cum Sancto Hieronymo interpretantur de Fide, & Ecclesia, quae per Evangelicam praedicationem sese in universam terram effundit, ac a mari ad mare se extendit progressu adeo mirabili, ac celeri, ut palam offendat Dei potentiam, & unam consistat ex praecipuis probationibus nostrae Religionis. Sed alii cum Sancto Bernardo hoc explicant de Caritate, per quam Deus regnat in cordibus nostris secundum Apostoli verba: Regnum Dei intra vos est. In hac immoror explicatione, ut verba faciam de tribus admirabilibus effectibus ferventis Caritatis, quam appellare possum Spirituale fermentum; quoniam virtus ejus tantam cum illo habet similitudinem, ut Sanctus Bernardus hoc nomine illam vocare non veretur.

Primo, quemadmodum fermentum immutat quodammodo panem naturam, cuius imperitias qualitates, novumque tribuens saporem, & usum, ut fit hominum cibibus gratior, eorumque valetudini accommodatior; ita caritas, quae insitit in omnes virtutes earum naturam mutat: efficit enim ex moralibus supernaturales, & ad hunc subtile gradum transeunt in animarum nostrarum alimentum.

Secundo, Caritatis virtus tantquam fermentum benedictionis sese diffundit in totum Ecclesiae corpus, hoc illam in tres mundi partes extendit in primo Zel Apostolorum fervore, & videmus adhuc quotidie eandem in novis regionibus effundi; ubi efficit, ut virtus sua cognoscatur.

Tertio. Sicut per virtutem, quam fermentum panis tribuit, fit esca maxime necessaria, quae agere carere potest, sine qua alia etiam alimenta, si sola sint, plerumque valetudini officiant; similiter Caritas est veluti cibus generalis, qui alit animae vitam, illam auget, eique tribuit vim ad agenda necessaria, & robur, quod indiget, ut vigeat, &c.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Moral. Evangel. Titulum: FAVOR. Sin autem fermenti nomen in sequiore parte assumatur, quemadmodum saepe Sanctus Paulus consuevit, plura occurrent argumenta, quae pluribus in sermonibus poterunt pertractari per aequilam allusionem ad hanc parabolam, cuiusmodi sunt amor proprius, jactantia, intentio prava generantis, quae vicia optimas quaslibet actiones corrumpunt, & totidem efficiunt peccata.

Quod pertinet ad granum Sinapis, quod praecipuum constituit partem hodierni Evangelii, vulgari argumentum, quod in hanc parabolam pertractari consueverit, est Fides, & Christiana Religio propagatio, quae cum in Judaea angulo continebatur; deinceps adeo mira segit incrementa brevi temporis spatio; quod sine non potestrem est creditibilitatis ejus argumentum, & ratio, quae hoc Dei opus esse probatur. Consule in Tomo I. Bibliotheca Moral. Evangel. Titulum: CHRISTIANISMUS.

PRO DOMINICA SEPTUAGESIMAE.

Quid stetit tota die otiosi? Matth. 20.

IN PARABOLAS, quibus Incarnatum Verbum ad Populos loquitur Evangelium? Christiani Auditores, illa quam hodierna die nobis exhibet Ecclesia, ex Originis sententia inter praecipuas recensenda est; continet enim veritatem, quae simul principium est vitae naturalis, civilis, & Christianae. Quid enim ibi videmus ab initio ad finem, nisi rationem ad otium vitandum, quod malorum omnium fons est, & amplectendum laborem, qui omnia bona comparat bona? Deus in ipsa mundi origine post proteritatis nostri peccatum damnavit illam, ut sterilem, ingraticamque terram

III. ARGUM. De fervore Caritatis.

Alia argumenta de labore, & otio.

I. ARGUM. De Quiritibus, & murmurantibus.

ram excoleret non alios fructus lacrarum, nisi quos labore manuum subacta reddidisset: Verum Saluator, qui in terras descendit ad hominem reparandum videtur sententiae illius austeritatem imminuisse per eam similitudinem, quam in nostro fuisse profertur Evangelio.

Pater Familias summo mane evigilans conducit operarios ad vineam suam excolendam, qui mox revertitur sub meridie alios conducturus; & qui demum sub vespere huc redit, ne quod tempus relinquat, videlicet aliquam vitae partem, suis curis vacuam. Suavissimus ille Saluator minas a se factas in saeculorum primordio in officio iam invitationem convertit; Quia stetit tota die otiosi? Non vult nos in inarato solo, sterileque occupare; sed in vinea sua, quae sua hereditas est, cuius etiam possessionem vult nobis conferre: ite & vos in vineam meam. Nos etiam per utilitatem studet allicere, & aequilam pollicetur remunerationem; & quod iustum fuerit, dabo vobis. Neque jubet nos laborem producere in multa saecula; nam qui unius tantum horae spatio laborem sustinuerit, mercedem recipiant parem illis, qui portaverunt pondus diei, & zelus: denique quamvis labor cedat in nostram utilitatem, illius tamen rationem haberi vult, & remunerari perinde ac unice propter ipsam laboratorem.

Hoc monitum, Fideles, est opus indulgentiae, quae bonitatis uti vult erranos, ut necessitatem adeo iustam nobis faciliorem efficeret; verum una omnem excusationem, ac pretextum auferre vult nosmet despondendi, ac ducendi vitam intertem, & otiosam in Religione, quae postulat, ut constanter laboribus exerceamur, & nos docet, Caelum nobis non tribui, nisi tantum laborem remunerationem. De noxia hac otiositate hodierna die verba facere fert animus, ut intelligatis, cujus generis esse debeat labor, per quem Fidelis Caeli gaudia mereri debeat.

Verum ut parumper hoc evolvamur, & fiat argumentum Sermonis Christiani, & penultimus, animadverto duo esse extrema opposita, quibus Otii nomen tribui potest, & quae Christianis omni cura debent evitare.

Alterum est vitam ducere omnino inertem, & vacuam occupatione qualibet utili, & seria; Alterum operam ludere esse immisendo secentis tumultuosos negotiis, quae nihil ad Caelum beatamque aeternitatem promerendam conducunt. Altera est iners otiositas, quae ut plurimum homines in plura impellit flagitia; altera vero laboriosa quidem otiositas est, sed inutilis, quae venter, ne sis, quibus debent, operibus exerceantur. In duabus igitur Sermonis hujus partibus ostendamus, utramque damnosam esse Christiano, qui salutem suam operari tenetur.

Vide in Tomo III. Bibliotheca Moral. Evangel. Titulum: OTIUM.

Ostendi etiam potest, quod Sanctus Gregorius animadvertit; hac in vita triplex esse genus occupationum; quarum aliae inanes sunt, & inutilis; aliae sunt laboriosae, & molestae; aliae tandem nocuae.

Primum vanae, & inutilis evitandae sunt; hoc enim est otiosum amplecti vitam, qualis est omnium fere mortalium. 1. Cum spiritus penitentiae accipiendi sunt illae, quae sunt cum molestia conjunctae, cum ad hoc nos impellat necessitas, vel Dei vocatio. 2. Omnino nuntius mittendus est illis, quae nocuae sunt, & proximae peccandi occasiones.

Vide Ibid. Titulum: OTIUM. Desunt illae quae potest alia haec sermonis partitio. Occupationes sunt, vel bonae, vel malae, vel neutrae.

Primum bonis utendum, ac inde omnis utilitas percipienda, ut bona factuum opera, quorum nobis occasioem suppeditant. 1. Malis omnino abrenuntiandum est, si illis fuerimus implicati, & omnis cautio adhibenda, ne implicemur. 2. Neutra ad bonum finem dirigenda sunt, & hoc pacto bona efficienda. Vide locum superius connotatum.

Et accipiones murmurabant adversus Patrem familias, dicentes, hi novissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & stus. Matth. 20.

Quidam erat causae his Operariis, de quibus hodiernum loquitur Evangelium? Nonne injustum erat murmur eorum, & insolens eorum expostulatio? Si Pater Familias postquam illos conductit, eorumque opera usus est, stipendium pactum negasset illis; mirum non fuisset, si conquisit fuissent, & in reverentia illos continere non potuisset summa iniustitia; vel si illos superadditis laboribus onerasset, vel imperiosius, vel durius operam poposcisset, vel aliquid voluisset auferre ex pacta mercede, quam in fronte diei meriti fuerat, & postquam portaverat, ut dicebant, pondus diei, & zelus. Si minime contentus opera eorum prior conquisitus fuisset de eorum negligentia, modicam sollicitudinem, & sub diei finem non pactam mercedem persolvere, sed habita Henry Biblioth. univers. Tom. postquam

laboris estimatione nonnulli demere voluisset, dici posset, illos iusta accensos iracundia oblitos fuisse sui, atque reverentiae fines praetergressos in querimonias, probris, & murmurationem erupisse.

Sed iniquo animo pati hominem jure suo utentem, & in operum inaequalitate aliis potius gratificantem quam aliis, quin fruetur aliquem de pretio, de quo conventio facta est, indignari ob gratiam illi collatam cum sibi nulla injuria fiat, nonne improbus es, & accusator iniquus? Ita sane Christiani; jure hoc crederetur probrum, qui erumpit in hujusmodi querimonias, seu adversus Deum, seu adversus homines.

Hoc videtur olim fuisse Judaeorum vitium; neque enim aliud apertius connotatum videmus in Evangelio: omnes actiones Filii Dei fuisse scopos contradictioni Pharisaeorum, & murmuranti populo, & dixeris otiosorum; & in antiqua lege Deus, ut plurimum queritur de modica subjectione, & confidentia populi sui, qualibet hora, & occasione murmurantis. Verum si unquam vere dici potest cum Sancto Augustino, Judaeorum, & Pharisaeorum crimina ad nos migrasse, & facta fuisse Christianorum propria; hoc postquam dicendum est de murmuratione, quae modo non est minus Deo gravis, & iniusta, quam olim.

Ad hujus rei declarationem, supponendum est, si vobis lubet, quamvis in scripturis saepe querimonia confundatur cum murmuratione, atque in sermonibus hujus decursu me consuetudini accommodatur promissione duobus his vocibus utar; hoc tamen re ipsa non esse unum, & idem; querimoniae enim latiorum habent significationem, & in utraque partem desumi possunt, illoque nonnunquam rationabiles esse possunt: injuria quippe, & damnum, quo a proximo nobis inferitur semper iusta esset, si semper iniusta esset querimonia; murmuratio vero semper accipitur pro iniusta querela, vel quae fit ea ratione, quam tanquam cum scandalo conjunctam Leges vetant, vel tanquam parem inferendis majoribus malis, quam illa sunt, quibus medicina quaeritur adhiberi. Ita in aliquem murmurare est, actus illius, mores, vitae genus, improbare, quia de illis conqueramur, qui medicinam facere possunt; murmurare contra mala, quae patimur, est eos condemnare, quos eorum auctores esse suspicamus; & predicare, nos iniuste illa pati; tandem murmurare contra aliorum flagitia, est constare illis odium, in quos nullum nobis jus est propter noxas, quarum illis ratio Deo unice reddenda est, & illis quibus Deus illos subiecit.

Murmuratio igitur accepta in hoc sensu pro querimonia, quam nos facere dedecet, vitium illud est vulgare, de quo verba facimus, injustum, & Deoque, & hominibus injuriosum; ac fert animus, ut de hoc vobis verba faciam majori cum zelo, quam de aliis, quia homines suapte natura in illud magis proclives sunt, & ad illud regendum speciosissimas causas excogitant; & satis communis est error, quo plurimi viri boni se decipi sinunt, murmur leviem esse culpam, quae nonnunquam respicitur tanquam zeli nimium ardentis effectus, quo publica utilitati consulitur. Ad hunc illius errorem auferendum, Fideles, dico obmurmurationem qualem explicamus, duo connotare, quae a vobis rite pendenda sunt, quandoquidem Sermonis partitionem constituant.

Primum certum, ac indubitatum signum est virtutis infirmiae; quod in priori puncto videbimus. Secundo est facilius ad majora crimina dispositio. Quae duo veritates nos quidem sententia complectuntur quidquid hoc in argumento solidius potest asseri.

In Bibliotheca nostra vobis hoc cum Obsecratione conjunctum est, cuius est species, tamen inde multa possunt mutuari.

Vide in Tomo I. Bibliotheca Moral. Evangel. Titulum: DISTRACTIO.

An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Matth. 20.

Haec agendi ratio, qua utuntur agricolae adversus Evangelicum Patrem familias improbandam sane, atque ab omni aequitate videtur aliena. Quippe diei totius laborem, ac pondus praetextentes, auferre conabantur Deo illi facultatem gratificandi aliis, qui non aequae ac ipsi in diurnum opus incuberant. Illos urebat invidia, quo perciti murmurabant contra Patrem familias, qui cum pari stipendio affectis utroque tum qui totam impenderant diem, tam qui novissime ad opus fuerant evocati, illum impellere aditebantur, ut cum jam de divina mercede convenisset, majorem aris vim pro laboris magnitudine reportarent. De hac igitur invidia verba facturus sum, atque duas propositurus veritates, quae quidquid in hoc argumento continetur majoris momenti, complectuntur.

Prima est, invidiam indigere ingentem cordis corruptionem, naturam pravam, superbam, amoris proprii refer-

III. ARGUM. De Invidia. De Invidia. De Invidia. De Invidia.

seferam, omnique caritate, naturali aequitate, & Christiana religione vacuam, Altera est: Peccatum hoc in hac etiam vita precociter inferno puniri iis penis, & crucibus, quas hoc vicium figit iis, quos urit, ac possidet. Vide in Te, II. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: INVIDIA. Hoc etiam in argumento ostendere possumus, Invidentem integrum esse Deo, quippe non acquiescens bonis, quibus divina largitas illum cumulavit, a quo non patitur animo, ubi videt alios similibus affici, insimulans Dei Providentiam, & illi quodammodo succensens. Secundo. Insuper est, & contumeliosum proximo, quippe illum persequitur temere, nulla laesus iniuria, & nihil inausum reliquit, ut apud omnes male audiat. Tertio, sibi metipsum crudeliter esse, propter crucem, atque tormenta, quibus hac animi perturbatio illum exagitat, ut videt est in Cain, & Saul, qui invidebant Abel, & David. Desumptum ex eodem loco. Sub finem Evangelii verba sunt de exiguo Electorum numero; multi vocati, pauci vero electi. Sed hoc argumentum in aliud Evangelium, aliamque diem referamus.

PRO DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Exit, qui seminat, seminare semen suum. Luc. 8.

I. ARGUM. De Verbo Dei. Nemo ambigit, Fideles, quo minus Dei Verbum sit vulgatissima, eademque præsentissima salutis humana causa. Deus nobis loquitur opus est, si a nobis audiri vult: Nos revocet opus est, cum per infidelitatem ab illius cultu recessimus; denique nos erudiat opus est de magnis, æternisque veritatibus suis, si illis nosmet debemus subijcere, eaque in praxim redigere; quamobrem Sancti Patres Dei verbum, generale fundamentum nostræ instrumentum, gratiarum omnium rivum, nostræ prædestinationis causam, ac tandem viam appellant, quia Deus nos ad supremam adducit felicitatem. Cum autem de verbo Dei loquitur, non intelligo solum verbum ejus intrinsecum, quo tanquam supremum mentis, & cordis hominum Dominus alteram quidem illustrat, & movet alteram, atque quocumque voluerit, circumagat, quod gratia interior vocatur, de qua alibi verba fecimus; Sed intelligo etiam verbum exterius, cum jungit hæc gratiam voci hominum, ut per aurem usque in cordis penetrata permeet, efficiatque ut voluntates ejus, & cognoscamus, & exequamur. Hoc intelligo verbum, quod ab Apostolis ad nos usque pervenit, quod terram universam ejus subiecit Legibus; Fidem in totum terrarum orbem diffudit, inanium Deorum cultum delevit, & pertulit quocumque Veri Dei cognitionem; hoc demique verbum, quod crebro quidem auditis, sed ex quo hodierna die parum proficiunt homines, ut minime veraciter asserere, in hoc fortasse Verbo Incarnato apertius contradici. Alii divinum hoc verbum contemnunt; alii oscitantur, & sine cura audiunt, & omnes fere resistent; ita ut quantumlibet per se sit efficax, sæpe tamen per nequitiam, ac desidiam nostram omni careat effectu. Vos igitur hortatus, Fideles, ad illud, ea, qua decet, reverentia, ac docilitate excipiendum ostendere volo; Præmo, quanti illud facere debeamus. Deinde, quem inde fructum debeamus percipere; quæ tota erit Sermonis hujus partitio.

Vide in Tomo IV. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: VERBUM DEI. De creato verbo in ore Concionatorum dici potest, quod Verbum Incarnatum, quod erat æternum Verbum de se ipso dixit: Ego sum vita, veritas, & vita. Primum; Dei Verbum est via salutis. Hoc nos docet, nos regit, & unum est ex administris, que insinuat Deus, ut ad æternam perveniamus felicitatem. Secundo, veritas est; neque enim prædicatur, nisi quod nobis revelavit Deus, veritas ipsa. Tertio, veritas est; Per illam enim gratiam vitam recipimus, & tuemur. Desumptum ex locis isthæm.

Exit, qui seminat, seminare semen suum. Luc. 8.

II. ARGUM. De eodem Verbo Dei. Totus iste sermo redigi potest ad duplicem veritatem, vel duas propositiones, que contineant quiddam utriusque dici potest in hoc Argumento. Prima est, Verbum quod prædicamus vere esse Dei verbum, cuius Dei Ministri sequentes sumus. Altera est, verbum hoc dirigi ad homines, ut de officiis suis edoceantur; & postquam offensa fuerit verbi hujus vis, insinuat, & virtus, inferenda sunt conclusiones utriusque partis propriæ.

per

Quod ad priorem pertinet, si hoc verbum Dei est, qua dere non licet ambigere post explicitum Scripturarum testimonium; primum audiendum esse animo proficiendi, non autem alia quæpiam de causa, societatis, occasionis, curiositatis, disertum audiendi sermonem, vel censoria nota sacrum Oratorem perstringendi, vel extolendi. Sanctum Ministerium! Verbum Dei! Quo tandem evasisti? Quam acriter Prophetæ contra hunc abusum infurreverunt? Quomodo præsentissima nostra sanctificationis adjumenta in damnationis nostræ causam convertimus. Secundo verbum Dei a nobis audiendum esse cum attentione, ac reverentia nobismet persuadendo per os Evangelici præconis nos alloqui Deum; ejusque justitiam nobis leges ipsius, ac veritates aperiri; & mox licet excurrere in contemptum, in quo habet hominibus hoc verbum habetur, quin cogitent quæ tunc esse media, & salutaris occasiones, quas clari sonant, quibus uti deberent, & quas negligunt. Tertio in praxim redigendas esse veritates, que audiuntur, quin illas insipienter, utrum a Concionatoribus observentur nec ne; vel utrum eorum vitæ genus a verbis ipsorum dilicent. Nos quidem Sancti non sumus; & hæc ratio est, quamvis Deo reddere debeamus; sed vestrum est ea facere, quæ vobis dicimus, non autem adius nostros imitari. Sancti non sumus; sed ideo ne minus sancte sint veritates, que prædicamus? Sancti non sumus; sed nonne Sanctum prædicamus Evangelium? nonne sanctissima docemus placita, caritatem, injuriarum veniam, terrenarum rerum contemptum? Sancti non sumus; verum numquid ideo minus Sanctos vos esse decet? Er verbum hoc nonne in cordibus vestris fructum facere oportet, quin ratio habeatur seminat illud?

Quoad alteram veritatem, vel propositionem, Dei videlicet verbum dirigi ad homines de Officiis suis erudiendos, duo hæc animadvertere possumus. Primum nobis singularem esse applicanda ea que generatim ab Evangelico Oratore dicuntur, & credendum nobis dici quod olim Nathan Propheta dixit Davidi; Tu es ille vir. Tu es ille ultionis cupidus, qui tantum versutus sine ulla amoris significatione, cum tuo confabulatus. Cum Concionator loquitur de vivente in luxu, atque deliciis, nonne tibi dici potest? Tu es ille vir. Sed hoc tu tibi dicere debes, ac respondere non secus ac discipuli Salvatoris postquam illis dixit futurum, ut ab uno eorum proderetur; & dixerunt omnes, nunquid ego sumus? Concionator dixit, avarum, feneratorum, libidinosum nunquam adituros possessionem Regni Cælestis. Nunquid ego sum, de quo loquitur? Hoc singuli dicere deberent de se, quin ab iis applicaretur hæc dicta aliis, qui procul absunt: Heu! si ades hic, vel illa, certe hæc in se dicta cognoscerent! Hic sane eorum character est; hæc eorum hypotyposis &c. Secundo satis non est hoc sibi verbum applicare, retinendum est, accurate pensandum, ne similes sumus illi, qui obiter se in speculo considerans, nec ultra ad id advertens animum, statim obliviscitur, qualis erat, & qualem se intueri est, ut loquitur Sanctus Jacobus Apostolus. Hæc permissima ratio est modici fructus, qui ex Dei verbo percipitur; vix audire fuit, cum traditur oblivioni. Credeamus, quemadmodum Concionator sanctus est suo ministerio prædicans, ita etiam suo functione Auditorum, postquam audit: Finit fieri potest per hæc Sancti Pauli verba, convertendo illa patheticè ad Auditores: Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis. Vereor ne prædicans vobis, oleum operamque perdidicim. Prædicavi vobis maxime necessarias Christianæ religionis veritates; unum hoc mihi proposui, ut vestra saluti consulerem; in hoc omnes curas, laboresque contuli; ut animarum vestrarum utilitati prospicerem; verumtamen timeo, ne frustra laboraverim. Verum nonne mihi quoque metuendum est, ne & ipse meo desierim officio; Nunquam magis sensi pondus ministerii mei, &c. Ex eodem Tomo, ac Titulo.

PRO DOMINICA QUINQUAGESIMÆ.

Cum Jesus appropinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat Jecus viam mendicans. Luc. 18.

QUOMODUM est omnibus vitæ hujus agritudinibus nulla gravior, atque mollior est cæcitate, quæ nos ad omnia inutilis facit; ita & cæcitas animæ vetat, ne videamus bona, que nos manent, & deterimus parit effectus. Quod vobis ostensurum in duobus sermonibus hujus partibus; ubi videbimus Primo deplorabilem statum, ad quem animæ cæcitas redigit peccatorem Deinde remedia huic morbo adhibenda, vel media, per

per

per quæ ex hoc statu emergere valeamus. Utriusque partis rationes ex eisdem Evangelii verbis mutuabimur. Punctum Primum. Infelix status spiritualis cæcitatibus hinc verbis exhibetur: Cæcus quidam sedebat Jecus viam mendicans. Primum hæc cæcitas peccatorem eadem percussim imparem facit progrediendo in via salutis, & semitis justitiæ: claudis enim oculos luminibus gratiæ, que non nisi ægre illos valent illustrare, quod verbum illud indigitat, sedebat, qua in re peccator similis est Aegyptiis, quibus Deus horribiles immisit tenebras, in quibus nemo illorum movere se potuit de loco, ubi erant, cum ille ceciderunt. Peccator hoc modo cæcus terrena tantum cogitat, & hæret, quin ne pedem quidem Cælum versus proferat. 2. Cæcus Jerichuntinus Jecus viam non patebat solum temporum inclementiæ, sed præteritum, & cique illudere cupientium nequitia. Vera imago cæci peccatoris, qui omnium tentationum ludibrium, obnoxius est sævitiæ invisibilium inimicorum, qui in illum tanquam Samsonem æternum exercere possunt furorem suum, & sevissimos effectus exonerare. 3. Hic idem cæcus Evangelicus ad extremam redactus erat inopiam, mendicans, quam ob rem stipem emendicare tenebatur. Quæ etiam est vivens imago peccatoris, qui in cæcitate supernaturalibus destitutus gratiæ, & illæ, quæ miserationis titulo ipsi conceduntur, sunt infirma subsidia &c. Punctum alterum. Hoc in statu licet deplorabili, desperandum tamen non est: non est abiicienda spes resurrectionis, & ecce quomodo cæcus noster Evangelicus visum recipere querit. Confugit ille primum ad Deum: Precibus Dei Filium fatigat: JESU Fili David misere mei. Oratio extremum est cæci peccatoris perfugium: Ad id nunquam illi deest gratia necessaria. 2. Sequitur duces suos, qui adduxerunt illum ad JESUM, & iussit eum adduci ad se. Admirabile secretum, quod voluit Deus homines docere, ut sequantur videlicet prudentis, & oculati directoris consilium; non solum ut illos de errore, & evagatione, in qua erant, educat, verum etiam, ut illos perducatur ad Deum, & in viam salutis restituant. 3. Et sequatur eum. Peccator hic oculorum acie donatus gratiæ fidelis esse debet; per grati animi sensum respondere debet insigni beneficio, quo cælitus affectus est, videns se ex adeo periculoso statu emerisille.

Rationes, & rerum copiam suppeditabit in Tomo I. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: CÆCITATIS. IESU jussit illum adduci ad se, & interrogavit illum dicens, quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Luc. 18. II. ARGUM. Quid calamitosius accidere potest homini, quam oculorum acie privari, qui sunt graduum nostrorum duces, nostrarum cognitionum ministri, & faces, quarum ope omnia Mundi hujus mirabilia detegimus? Profecto si quid est in mundo miseratione dignum, est adspicere hominis tanto cæcitate bono, qui, ut Sanctus Vir Tobias affirmabat, nihil habet voluptatis in terra. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen Cæli non video? Quibus addere possem, hoc non tantum esse destituti plerique vitæ hujus commodis, verum etiam obnoxium esse cæcus omnibus vitæ eidem impendentibus. Quæ quantumvis miserrima sit calamitas, nobis tamen, Fideles, corporis cæcitate levem esse imaginem cæcitatibus spiritus, qua bona pars hominum percussa est per hos dies tenebrarum. Hoc enim nomine appello hos bacchanalium, ac intemperantem nequitia dies, de quibus dici potest, quod dicebat Filius Dei tempore Passionis suæ, hoc tempus esse, quo tenebrarum potestates in terris dominationem exercere, ac triumphare videntur. Nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum harum. Quæ enim gravior est cæcitas, quam videre vitium ubique agere triumphum? Ludi, alea, choreæ, convivia, & flagitiosissima quævis libidines palam gliſcunt, ac dominantur; ita ut moderatissimus quisque sibi licere hoc magis, quam alio quolibet tempore, insanire, putet, & ea facere, quæ extra tempus hoc aggredi pudor, & conscientia vetaret. Ad vos igitur attendens ab his nequissimis solatiis, que nonnulli summa esse possunt propter supplicia, que de Cælo detrahere consueverunt, fert animus oculos aperire vestros, ut intueamini periculum, cui se obijcit illi, qui se trahi linunt torrente adeo pernicitose consuetudinis. Idcirco vobis ostendere volo Primo hæc solatiarum genera, que vix alio quovis tempore probari possunt, per hoc tenebrarum dies criminis carere non possent, propter periculum nosmet obijcendi iis flagitiis, que ipsi etiam damnamus, & que nunquam licita esse consueverunt.

Secundo, quia hæc flagitia, in quæ ruere tante facilitatis est, nunquam sunt, quam hoc tempore, nequiora. Quæ erit Sermonis partitio. in Tomo IV. Bibliotheca Mor. Evang. consule Titulum: SOLATIÆ.

Houdry Biblioth. univers. Tom. postremus.

Ecce ascendimus Jerusalem, & ibi consumabuntur omnia, que scripta sunt de filio hominis; tradetur enim in gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & confuetur. Luc. 18.

Quare Ecclesia, que nunquam Myſterio caret, quocumque præcipiat, obijcit nobis ob oculos Passionem, & mortem Salvatoris hoc tempore, & hos lætitiæ, ac hilaritatis dies inter lucuosissimos anni dies numerare videtur. Nullus dubito, quominus statim animo vobis occurrant rationes plurimæ; dicit enim aliquis ipsam vel hoc intemperantiæ tempore efficere ex corpore Filii Dei vallum veluti quoddam ad inhibendum cursum criminum, quæ majori cum impetu videntur percurrere. Alius dicit fortasse inuere velle, peccatores mediis in Urbibus, oppidisque totidem extruere Salvatori cruci-atos Calvarios, quot sunt aula, convivia, & libidinum loci, ubi indignus excipitur, quam olim a Judæis Passionis tempore fuerit exceptus. Si enim scire vultis, illa fecerere studeat Fideles Dei servos ab aliis extollendo Crucis vexillum, ut sub hoc veros omnes Christianos tanquam exercitum colligat, opponendum Principi tenebrarum, qui videtur hoc tempore supremum imperium exercere: Nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum harum: Fateor, hæc rationes, alique plures que possent afferri æquissimas, & verissimas esse; sed aliam hodierna luce vobis allaturus sum, quæ fortasse animum vestrum non subit, quam plures impugnant, & quæ probabilius non est omnibus placitura. Videlicet Primo peccatores hoc intemperantiæ tempore revertere, ut ita dicam, Crucem Salvatoris mundi, 1. quia illius fructum, virtutemque sibi inutilem faciunt, ex ea non proficentes. 2. quia vitam ducunt proflus oppositam passionibus Filii Dei, & sequuntur placita Cruci proflus contraria. 3. quia opus est, ut vitium quoddam modo de Cruce triumphet, & omnemque virtutem ejus exhauriat; quod occasione præbet Sancto Paulo amarissimis lacrymis eorum calamitatem prosequendi: Nunc autem est hora vestra, & gloria in confusione ipsorum. Secundo peccatores & contra per impietatem Crucem Salvatoris extollunt, & calamitose hoc tempore erigunt. 1. quia instaurant contumelias, quas ingerunt Salvatori, confuetur, flagellabitur &c. Peccata enim que committunt, totidem sunt Passionis ejusdem instrumenta. 2. quia majori cum cognitione causæ illum offendunt, quam Judæi, qui non ita distincte illum noverant. 3. quia hæc scelera modo inferuntur illi, cum gloriosus regnat in Cælo, ubi cum consumeliosus afficitur, quam cum Passionis suæ tempore afficeretur.

Argumentum hoc in Bibliotheca non invenitur; sed Concionatori relinquatur integrum temporis hujus flagitiis applicare, quod dicitur de peccato, quod inflamat mortem Filii Dei. DE FLAGITIIS, QUÆ BACCHANALIORUM DIEBUS GRASSARI CONSUEVERUNT. Noli esse in conviviis potatorum, nec in comestationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt. Proverb. 23. SAPIENS illud monitum, quod Ecclesiasticus divino afflatus lumine, voluptuosus hominibus tradit, quorum negotium otium est, qui tempus in conviviis, & impudicitia traducere querunt, nunquam magis necessarium est, & opportunius, quam hæc tempestate, cui universalis ferme corruptio morum nomen Bacchanalium fecit. Scio equidem esse multa, que conferunt plurimum flagitiis, que nunc patrantur: aleam, choreas, alique id genus solatia, que homines sui hoc potius, quam alio tempore licere putant, oblivionem inducere pietatis, Christianæ mortificationis, & omnes fere Religionis sensus jugulare, ut solatiis tantum, ac voluptatibus vacent. Fatibimini tamen vulgatissimam horum temporum noxam esse intemperantiam, & excessus, qui in hac re committuntur, esse vel causam, vel occasionem ceterorum. Itaque cum in comestationibus, comotationibusque intemperantia maxime sit extimescenda in jugibus conviviis, & hinc diebus oblectationum; credidi, postquam vobis ostendero ea pericula, quibus obnoxia est conscientia inter temporis hujus solatia, nihil me utilius facere posse, quam singula foris ad examen vocare, & hodierna die innotescere ab intemperantia, a qua pauci sibi cavent hoc tempore, que illi occasionem tribunt, semper fuerunt signum honestissime hilaritatis, & cum Scripturarum argumentis, tum Sanctorum virorum in Veteri Testamento exemplis probatissime. Verum cum sine hac cetera quæcumque solatia languere

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur

videntur